

propter quaedam iam orientia in regno<sup>a</sup> scandala curiam  
frequentare renuentem ex parte | suspectum habebat. Ipse 7  
vero rebus transitoriis pro concordia ecclesiastica non par-  
cens beneficiis in|defessis animositatem regis gloriose 8  
devicit. Hinc indicto conventu Mogontiae nuptias | post 9  
epiphaniam domini augustissime instituit, ubi etiam vix  
aliquem aut certe<sup>b</sup> nullum de mag|natibus abesse voluit, 10  
quorum consilio vel assensu<sup>c</sup> <sup>d</sup> regis Angliae<sup>e</sup>  
filiam Mathildam no|mine dudum desponsatam legitime 11  
sibi coniungens regni consortem constituit<sup>f</sup>.

|Deinde<sup>g</sup> contra quosdam in locis palustribus ultra 12  
Fresonum insulas habitantes imperator navalem | expedi- 13  
tionem multo studio instituit. Quo dum tendit Coloniam  
Agrippinam<sup>h</sup> sibi rebellem | et in hoc quam plures<sup>i</sup> Trans- 14  
rheninos atque Westfalos consentientes invenit, quorum  
nu|merantur nominatissimi Fridericus Coloniensis archiepi- 15  
scopus, Godefridus dux de Louene<sup>k</sup>, | Heinricus quondam 16  
dux<sup>l</sup> et Fridericus comes de Arnesburg<sup>m</sup>. Intermissa ita-  
que profectione manum | in hostes presentes extendere 17  
cupiens Coloniae partibus assedit, civitati vero mirifice  
mu|nitae non prevalens regionem circumquaque vastavit 18  
tandemque soluto exercitu recidivam ex|peditionem contra 19  
eosdem rebelliones<sup>n</sup> indixit. Qua circa Kalendas Octobres  
congregata Friderici pos|sessionem aggreditur. Qua undi- 20  
que vastata et in medio regionis illius castro firmo con-  
struc|to eoque militibus armis atque stipendiis instructo 21  
hieme superveniente ab armis dis|ceditur<sup>o</sup>. Liudgerus<sup>p</sup> dux 22  
Saxonum<sup>q</sup> expeditionem movet super Dumarum Sclauum<sup>r</sup>  
eiusque filium | et eos ad deditionem coegit. Principem 23  
quoque Ruianorum<sup>s</sup> ad se in bellum venientem sagaci  
agili|tate circumvenit. Is ut<sup>t</sup> circumventum se vidit, 24  
pacem colloquiumque ducis deposcit<sup>u</sup>, germa|num fratrem<sup>v</sup> 25  
obsidem dat<sup>w</sup>, pecuniam copiosam spondet<sup>x</sup>, fidem sacra-  
mento confirmat<sup>y</sup>. Sicque<sup>z</sup> de| mum cum suis omnibus 26  
illesus abire permittitur, Liudigerus vero magnifica miseri-  
cordia dei comitatus | victor repatriat<sup>z</sup>. 27

Ekk. 248, 35.

Ann. Path.

a) 'i. r. o.' A. S. b) 'vel' st. 'aut certe' A. S. c) 'qu. —  
ass.' fehlt A. S. d) Lücke für den Namen, in A. S. 'Heinrici'.  
e) 'Anglorum' A. S. f) 'instituit' A. S. g) 'Deinde' fehlt A. S.  
h) 'Agr' fehlt A. S. i) 'conplures' A. S. k) 'Lovanie' A. S.,  
'L.' fehlt Ekk. l) 'dux Lotharingie' A. S. m) '-berch' A. S.  
n) 'rebelles' A. S. o) × p) 'Liuderus' A. S. q) 'Saxonie' A. S.  
r) 'Slavum' A. S. s) 'Rugianorum' A. S. t) 'Qui ut' A. S.  
u) 'deposcit' A. S. v) 'g. fr. suum' A. S. w) 'dedit' A. S.  
x) 'sponpondit' A. S. y) 'confirmavit' A. S. z) 'Sicque — repatriat'  
fehlt A. S.